



DE LOCVTIONE SPIRITVALI IN GENERE

I

AUspiciis Summi NVMINIS, in quo spes, opesque, nostrae unice sitae sunt, de SPIRITVALI LOCVTIONE generatim nunc exponere paramus: idque praelucente lumine Naturae, et ratione duce. Nec ab instituto nos uel argumenti sublimitas, uel principii, quod sequi debemus, infirmitas, terret. Nam quo magis Spirituum natura, indoles, ratioque, a sensuum iudicio remota est: hoc magis distinctam, et apodicticam, humanae mentis cognitionem fugit. Sed hoc etiam magis scitu iucunda, et desiderabilis, est animo, sublimiora inhianti, rerumque praesentium, et cuius obviarum, notitia non contento

II

Locutionis uox, ut a terminis more ueteri ordiamur, in uulgus nota est: descendit enim a *loquor*, quod quidem uerbi solite interdum ab aliis, significatione cognatis, distingui solet, ut ex Auf. Popma liquet. Sed haec lubentes mittimus. Parum etiam curamus uarias appellandi rationes. Saltem, quod ad *Illuminationis* notionem attinet, monere liceat, eam cum locutione perperam confundi. Illuminatio enim infinitae, diuinaeque, uirtutis opus est, et non nisi supra rationem positae, ueras tamen, res complectitur: locutio autem etiam a creata
A 3 potentia